



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Q[v]ae Res Svnt Necessariæ ad vnitatem Ecclesiæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

720 DE ECCLESIA,
visibilia esse necesse est. Ut cum dico : Sol est creatura Dei, Nos sumus resurrecturi, propositiones fide accipiuntur, sed tamen nostra sunt visibilia. Sic cum dicitur : Ecclesia est populus Dei, ergo Deus vere colligit cœtum, cui dat remissionem peccatorum à iniuriam, ac salutem eternam. Hæc propositio est articulus fidei abiectionis, id est homines amplectentes Euangelium, sensu agnoscunt, cum certa signa incurvant in oculos & aures, quæ discernuntur ab alijs hominibus. Non igit tur de Ecclesia loquimur, ut alia Platonica, sed monstramus Ecclesiam, iuxta dicta : Dic Ecclesia necesse est intelligi visibilem Ecclesiam. Item : In omnem tenet
uit sonus eorum, &c.

Quae sunt signa ecclie propria?

SIGNA non fallacia simul hæc tria sunt.

I. CONSENSUS in doctrina Euangelij incorrupte, & sine
in fundamento. II. LEGITIMVS VSU SACRAMENTORVM.
III. OBEDIENTIA a ministerio debita iuxta Euangelium.

AN NECESSE EST, SINGULOS HOMINES SALUANDOS, SICCI CIVES VERÆ ECCLESIAZ?

RESPONDEO. Prorsus necesse est, singulos salvandos induisse cum vera Ecclesia, fide, confessione, invocatione Dei, & voluntate seruandæ Ecclesiæ, seu coniunctionis in Ecclesia, iuxta dictum : 1. Corinth. 1. Non sint inter vos schismata. Ebraeos 10. Non defertes congregationem vestram. Gal. 1. Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit. Psalmo 26. Vnum petit a Domino, hoc requira, & inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea. Psalmo 65. Beati qui habitant in domo tua Domine. Psalmo 91. Planata inde domini, in atrijs domus Dei nostri, florebunt, &c. Romane 10. Quos vocavit, hos & elegit, &c.

Quae res sunt necessaria ad unitatem Ecclesiæ?

CONSENSUS in fundamento, videlicet in doctrina Euangelij incorrupte, & in usu Sacramentorum legitimo, & obediencia debita ministerio, iuxta Euangelium. TESTIMONIA festa sunt de doctrina : 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo posere, præter id quod possum est, quod est Iesus Christus. Item Gal. 1. Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit. Dicit Obedientia, 1. Corinth. 1. Non sint inter vos schismata. Et Ebraeos 1. Non defertes congregationem vestram. Item : Obedire his qui prædicti uobis, feliciter in his, qua sunt propria ministerij iuxta Euangelium.

Si dicitur similitudo rituum, qui sunt ab hominibus instituti, neque quam necessaria est, ideo contra superstitionem multa refuta-

edicta sunt. Romanos 14. Regnum Dei non est fessa & potus, sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto. Nam qui in his seruit Christus placet Deo, & approbat est hominibus. Item Colossenses 2. Nemo nos iudicet in cibo, potu, &c.

QVID NOMINATVR SACRA-
mentum in Ecclesia?

SACRAMENTVM in novo Testamento, ut Ecclesia loquitur, est natus diuinatus institutus, additus promissioni in Euangelio traditæ, ut testimonium & pignus exhibite & applicate promissionis gratia. Ideo veritas dixit: Sacramentum est signum gratiae.

QUARE ADDITI SVNT RITVS
promulgationi promissionis?

MULTAE causæ sunt, sed maxime illustres sunt hæc duæ. Quia cum Deus colligat Ecclesiam edita promissione, & tantum illi sunt credentes vita eternæ, qui promissioni de mediatione credunt, vult etiam illustri testimonio visibili omnibus hominibus ostendere promissionem, & iux applicare qui eam fide amplectantur, id est, testimoniū quod promisit, ad ipsos pertineat. Nam promissio generalis est. Fides autem & vsus Sacramenti applicant eam ad singulos credentes. Ita primum Sacraenta sunt signa voluntatis Dei erga nos, videlicet communacientia nos de promissione, & applicantia, id est, testificantia quod promissio ad nos pertinet. A L T E R A causa est, quod cum velit Deus omnes salvandos inseri Ecclesia, & adiungi ministerio Euangelij, sicut dictum est: Quos elegit, hos & vocavit, tradidit enim manifeste discernentes Ecclesiam ab omnibus gentibus. Et ut agnosceretur Ecclesia, & ipsi ritus testimonia essent, qui ostenderent, velle Deum nos esse auditores vocis Euangelij, nec eos qui non audirent vocem Euangelij, nec sunt ciues huius coetus vocatur, esse electos. Ita vult Deus Ecclesiam conspicere oculis, & visibiliter esse, ut cogitemus, ubi sit doctrina ipsius querenda.

SUNT igitur Sacraenta signa confirmantia fidem erga Deum, quia sunt testimonia applicationis, sicut Paulus nominat Circumcisōνēm τογαγία δικαιοώντες, id est, sigillum iusticiæ, quia testabatur promissionem pertinere ad Abraham. Deinde sunt signa societatis Ecclesie & confessionis. C O N S I D E R A T I S autem principalibus finibus, postea allegoriae & significations aliæ addi posse. Vt, Circumcisio fuit in illa arcana parte corporis, ut esset miranda admonitio de venturo semen. Ac simul multa significabat, videlicet ex posteris Abraham venturum esse salutare semen, de quo ante dictum fuerat: Semen mulieris contererat caput serpentis. Significabat item Circumcisio, in hac generatione carnali nasci-

A 2 4 turam